



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

[Lectio IV. Quomodo Christus primùm ductus sit ad Annam, deinde ad
Caipham, & quid ibi circa cum actum:]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

absque dubio plena est dolore & morte, plena suspiris ac singultibus cum Fitho uiq; ad mortem, gladioque doloris confixa. Non ergo interrogando augeamus mortem, quia & vix vocem edere potest singultibus interitum. Audiamus Evangelistam.

Christus cur ad Annam primam ducitur.

Adduxerunt ad Annam primam. Erat enim sacerdos Caiphas, qui erat Pontifex anni illius. Multi ex Interpreatibus docent, ideo ad Annam primam ducitur, quia eius domum praeferre oportebat, antequam ad domum Caiphas pertingeretur, tum quia ei honoris gratia tamquam seniori & Patri seu socio Caiphas cogrulari voluerunt, quae sciebant maximo odio in Christum ferri. Habebaturque quasi Pontifex, quia emerant alternis vicibus officium contra legis dispositionem, ut vult Josephus, & explicant latius Interpretes exponentes illud: *Sub Pontificibus Anna & Caiphas.* Sed notat & addit Cardinalis Batonius anno Christi 30. & 34. Christum Dominum praesentatum fuisse ignominiose coram quatuor Tribunalibus aut Consiliis Primatiorum in Ierusalem.

1. Ann.

Christus coram 4. tribunali- libus ignominiose praesentatus.

Primum Tribunal fuit Annae, qui erat Caput & Princeps Scribarum, & legis Doctorum, de quibus constabat Consilium septuaginta Seniorum pro causis concernentibus doctrinam, quae publice praedicabatur; & ibi examinabatur secundum Iudicum lapidem legis & Scripturam prophetiarum. Quare ibi Christus interrogatus est de doctrina & discipulis.

2. Caipha

Secundum Tribunal fuit Caiphas supremi Pontificis, cui ad iuncti erant alii Sacerdotes & Pharisaei; quasi illius temporis viri religiosi; & ibi agebatur de his quae concernebant Iudaicam religionem, examinabanturque illa quae punctum religionis tangebant. Erat illud tribunal Ecclesiasticum legitimum illius temporis. Ibi ergo interrogatus est Christus, an templum se destrudurum dixisset, an ipse esset Filius Dei & Messias?

3. Pilati

Tertium Tribunal fuit Pilati, Praefidis Iudaeae auctoritate Caesaris, ubi multi Saeculares, Gressarii, & alij Iustitiae ministri pro causis civilibus & criminalibus, proque externae politicae directione. Ibi Christus interrogatus est, an se faceret Regem an seduceret turbas, an prohiberet tributa Caesaris?

4. Herodis

Quartum Tribunal fuit Herodis regis Galilaeae, qui tunc erat Ierolymis, ubi multi cum ipso aulici, & non pauci milites a corporis custodia, multaque famuli latius eius cingentes. Ibi & Christus interrogatus est, sed quia sicut, illis est, & cum contemptu dimissus. Si ignominiose tractari voluit coram his omnibus Tribunalibus, & a Primatis cuiuscumque ordinis in Ierusalem despicitur a litteratis, a religionem proficientibus, a Praefide Iudaeae a Rege Galilaeae cum suis aedictis ipse, inquam, ab his omnibus voluit despicitur, qui Sapientia erat, Religiois exemplar, Sacerdos Summus, Rex Regum, Iudex omnium. Ipse enim est, qui

stat in Synagoga Deorum in medio Deos dijudicans. Ps. 81. Ipse est terribilis qui auferit spiritum Principum, quem Principes & Sacerdotes videbant venientem in nubibus caeli, ut ipse dixit Caiphas.

Ceterum, interrogatur de doctrina & discipulis, ut aliquam ei struere valeret calumniam, de falsitate, de populi seditione, & seditione. Interrogant itaque qualis foret doctrina ipsius, an non contraria Moysi & Prophetis, legi & oraculis tan de caelo procederet, vel de propitii ingenii significatione? quos qualesve discipulos haberet, & qua auctoritate eos collegisset, quae auctoritate ad docendum eos mitteret, & a quoniam ipse met missus esset? Respondet Christus, doctrinam suam non posse argui falsitatis, quia & eam non in tenebris, sed palam proposuisset in Synagoga, Interroga, inquit, eos qui audierunt, quid locutus sum, ecce hi sciunt quid dixerim ego. In libertate spiritus respondet, nihilque veretur ipsos hostes suos, quos & audent producere testes suae & doctrinae & vitae. Nihil de discipulis dicit, nec accusat eorum infirmitatem, nec excusat infidelitatem. Nonnulli vero putant ibi Iudam tunc adfuisse expectantem conditionis suae promissam mercedem: qui cum notus foret discipulus, praesentia sua Christi vultum perfundebat rubore, magis autem animum dolore. Sed quid Interrogat eum d. Anna vel Caipha de doctrina quae tot miraculis publicis fuit confirmata? Nulle habet probationes, a viris ac mulieribus a primatis & plebeis, a patris & imperatoris, a caecis & mutis, ab agnis & leprosis, denique & a mortuis. Hos omnes interrogare te deceret, audireque ad ipsum met hostibus: *Numquam sic locutus est homo.* Interroga Nicodemum, & audies eum dicentem: *Verum deo venisti Magister.* Interroga Nathanaelem, etiam in lege peritum, & audies: *Rabbi tuus Filius Dei, tuus Rex Israel.* Interroga Centurionem, Zachaeum, Lazarum Principem Synagoga, Lazarum resuscitatum, & mille alios audies omnes et cum Petro dicentes: *Dominus, verba vitae aeternae habes, ad quem ibimus?* Numquid & tu vis discipulus eius fieri, qui interrogas de doctrina & discipulis? Sed velamen est super cor tuum; ex caecatus est oculus, aggravata auris, ut eius doctrinae & luci non valeas intendere, & sanari corde.

Ioan. 6.

Iniuria alapae Christo data maxima.

Interim dum Dominus respondisset se palam locutum fuisse mundo in templo & Synagoga, & in occulto mihi (quod scilicet contrarium foret illis, quae publice docerent, aut quod postea nollet publicarii Cynus Ministrorum pessima ex adulatione, ut placeret Domino suo, quamlibet iniquo modo, dedit alapam Iesu, dicens: *Sic respondes Pontifici?* Haec per indigno gravissimamque fuisse injuriam, ex multis collige.

Primo, qui Ioannes Evangelista specialem de ea facit mentionem, tamquam hic patefecit horribilis imprudentia servi, iniquitateque apertissima Pontificis tantum facinus ei in praesentia sua dimulsa-

furas Patres nostri gratulantes, in eam ingressi sunt.

Iesus ab Anna ad Caipha dicitur.

Uterque, dum in transitu Iesum Annæ præsentato sent, duxerunt eum ad domum Caipha Principis Sacerdotum. Principes autem Sacerdotum & omne concilium quærebunt falsum testimonium aduersus Iesum, ut eum morerentur. Et non inueniunt, cum multi falsi testes accessissent, quia non erant conuenientia testimonia eorum, inquit S. Marcus. Sive quia nihil tale proferebatur unde ad mortem posset accusari, sive inter se non consentiebant, sed ipsa sese testimonia refellebant. Hoc egregie declarat innocentiam Christi, quod non poterat aliquid de illo comminisci quod veri speciem haberet, aut eum aggrauaret. Adimpletum que est illud Ps. 63. Scrupes sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutino. Et illud In, irruerunt in me testes iniqui, & mentis est iniquitas sibi. Interim quæcumque rationes volebant eum perdere sub specie iudicii, sicut A. hab Naboth, aut sicut senes Susannam, qui de climaverunt oculos interram, ut non recordarentur iudiciorum iustorum.

Ps. 63. Psal. 26.

3 Reg. 2 Dan. 13.

Heretici Iudaorū imitatio.

Judæos Christi in iusto falsi testimonio condegnantes imitantur heretici, qui contra eum veniunt falsi testes jam ab initio Ecclesiæ. Ebion, Cherintus, Arius, in suo testimonio asserunt quod non sit Deus. Nestorius, quod in illo sint duæ personæ. Euthyces, quod unica natura. Manichæus, quod non fuerit in ipso verum corpus. Et hi undique falsa conquirunt testimonia ad id adstruendum; sed non sunt convenientia testimonia eorum. Novissime autem venerunt duo falsi testes, unus è Germania Lutherus nomine, alter è Gallia Calvicius; hic attestat quod Christus non sit verè & realiter ac substantialiter in Eucharistico Sacramento, sed tantum figuratè; ille veritatem agnoscit, sed impanationem adjungit, asserens quod sit ibi simul cum pane per unionem nescio quam substantialiorem, sicut in carnatione divinitas est cum carne. Sic variis testimoniis confictis Augustissimam Sacramentum accusatur, vel falsitatis, vel idololatricæ. Etque Ecclesiæ velut casta Susanna inter istos duos senes in veteratos dierum malorum, multas accusationes patiens; sed liberatur suscitante Deo spiritu Donichis, spiritum veritatis, & demonstrante falsitatis & erroris spiritum, à quo agitatur hi malefandi testes, Scripturas falsificantes, vel pravè interpretantes, ut alios secum exagitant & perdant.

3 Reg. 2 Dan. 13.

Heretici Iudaorū imitatio.

Uterque ipsi non ab similes sunt his duobus testibus falsis, qui assererant Christum dixisse: *Postquam destruxerit Templum Dei, & post triduum reedificaverit illud. Ego dissolvam Templum hoc manu factum, & post triduum aliud non manu factum aedificabo.* Falsæ habent hi verba & mentem Christi ipsi enim dixerat: *Sostruere Templum hoc, & in tribus diebus exstruere illud.* Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Sic heretici modò addunt, modò demunt aliquid ex scripturis factis, vel tamquam maligni re-

Joan. 2.

stes depravant & detorqueunt mentem illarum, pessimeque interpretantur.

Interim Pontifex, satis advertens non esse hæc sufficientia testimonia, nec satis convenientia, exurgens in medium, nec iam modestiam servans iudicis sedendo, sed è solio suo excussis vesaniæ mentis. *Nihil, inquit, respondes aduersus ea, quæ isti aduersum te asserunt?* Ex eius responso altquam graviozem occasionem captabat. *At ipsi nihil respondit.* Tum quia sciebat hæc testimonia frivola esse, vel falsa: tum quia noverat in calumnia rapiendum quidquid responderet, & irritandos eorum animos: si que magis se silentio profunderum: quam responso. Denique, illud tam adimpleri debebat. *Qui inquirebant mala, michi locuti sunt vanitates. & dolos tota die meditabantur:* Ego autem tamquam surdus non audiveram, & tamquam mutus non aperui os suum. &c. Ille quoque adimplebatur: *Cum confiteri peccator aduersum me obmutui, & humiliatus sum. Et sicut à bonis. Multa eis bona & præclara monita dare poterat, multa profertè pro innocentia sua: sed quia frustra id nunc fieret, acceptas iniurias Deo committit. In quo etiam docemur fectendas quandoque calumnias responso indignas, dum apertis mendaciis impetitur, cum tales satis refellat propria conscientia, & defensio magis irritet & provocet, quasi oleum igni additum.*

Ne autem ob silentium Christi Caiphas frustraretur sua expectatione, iudicat eum (sive ex parte Dei imperat, eius ad vocans nomen & autoritatem, tamquam testis & iudicis) ut ad questionem responderet sibi propositam categoricè & discretè verbis: *adire te per Deum verum, ut nobis dicas, si tu es Christus, Filius Dei.* Sublimis utique questio qua iudiciorum proposita eò fuit in orbe. Proponitur autè à Supremo Pontifice Hebræorum in congregatione peritissimo in lege, qui quidem responsum ad eam questionem prode esse poterat, nisi ià percessi essent quadam prævia cæcitate. Interim Verbum divinum & Sapientia æterna respondentis vicè subire parata est eorum Audientie: *lebrum hominum & Angelorum* (non contentum argumèntante & contradicente Synagoga) & divinitatem suam palam asserere & confirmare. Iam ad eam questionem antè responderat Petrus, Christignotus Pontifex, in medio Collegio Apostolorum pronuncians: *Tu es Christus, Filius Dei vivus.* Responderat & vox cælestis Patris ad eandem questionem, tum in Baptismo Christi, tum in monte transfigurationis: *Hic est Filius meus dilectus.* Nunc autè periculosa erat resposio quia ab illa pèdebat mors & condemnatio. Quia tamen proprie vitæ nostræ salutem prætulit, & divino nomini reverentiam voluit deferre, responderet apertis verbis se illud esse de quo questio erat: *Tu dixisti.* Quod idem est atque si diceret: *Ego sum.* prout etiam expressit S. Marc. c. 14. Immo & adjecit: *Verum tamè dico vobis amodò videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis.*

Cur Christus Pontifex nihil respondit.

Psal. 37. Psal. 38.

Atque

Le

Yef

hic

Christus

divino

nomini

revertens

respondet

Pontifici.

virtutis Dei, & venientiam in nubibus Caeli. Quasi
dicat: Posthac experiri estis me non iniuste hos
mibi titulos arrogatis, sed ignoletis me sedentem
a dextris virtutis Dei, & affidentem illi proxime,
aequalem ut aequalitate & potestate, imperio & glo-
ria. Hoc inchoatū factum fuit in resurrectione &
ascensione, completū autem in iudicio univērsali,
quando veniet in majestate in nubibus cœli ab om-
nibus agnoscentes Apposite autem hoc Divini-
tatis suæ protulit argumentum, ad incutiendum
terrorem et tunc in iudicantibus, & ad disso-
lutionem argumentorum & rationum, ob quas de-
spiciebatur, & nihil minus quam Christus crede-
batur, quia homo plebeius & vilis apparebat ex-
terius.

Vestim-
torum
scissis In-
datis fre-
quentis-
simis.
Reg. 37.
4 Reg. 19

Act. 14.
Levit. 21

Vestis scis-
sio quid
hic signi-
ficat.
2 Reg. 15

Isa. 6.

Varia in-
iuria
Christo
de nocte
illata.

Hoc responso accepto. Princeps Sacerdotum
scidit vestimenta, sive tunica interiori clasam dis-
rupit superne ad angulum usque. Hoc solemne
erat Iudæis, cum animi ingentem dolorem, aut in-
dignationem volebant ostendere. Sic Iacob visa tu-
nica filii sui Ioseph, scidit vestimenta sua. Sic Rex
Ezechias ad dñs blasphemis Rabfacis, legitur
quoque vestimenta sua scidisse. Sic Barnabas & Pau-
lus, cum eis vellent quidam sacrificare Lystris, &
ut Deos adorare, concissis tunicis exilierunt in tur-
bas, clamantes se homines mortales esse. Interim
Summo Pontifici id videtur prohibitum, ubi dicitur,
Caput non discoperiet, vestimenta non scindet.
Etideo S. Patres docent hic mystice significatū,
iam dilacerandum sacerdotium legis, & à iudæis
ascendū. Non ab simili typo Samuel de signat
regnum tollendum à Saule, Dom enim abiret. Sa-
muel à Saule, apprehendit Saul summam pallii
eius, & scissa est. Tunc dixit Samuel: Scidit Domi-
nus regnum Iſrael à te hodie, & tradidit illud proximo
tuo meliori. Quapropter summum Sacerdotē sic
alloquitur S. Leo Ierm. 6. de Pass. Caiphas ad exagge-
randam auidit sermonis in vidiā scidit vestimenta
sua. & nequeis quid hac significaret in sania, sacerdoti-
talis honore privavit. Vbi est Caipha rationale pe-
toris tui ubi coarctatio cingulum? ubi superhumera-
le virtutum? Mystico isto sacramento amictus ipse te
spolias, & propriis manibus. Pontificalia indumenta
discerpit ubi precepti illius quod legeras de Princi-
pe Sacerdotum: De capite suo cydarim nam deponet, &
vestimenta sua non dirumpet. Tu vero, à quo iam
alienabatur hac dignitas, ipse tibi es executor oppro-
brii, & ad manifestandum finem veteris instituti per-
tinet eandem diruptio Sacerdotis. Hæc S. Leo.

Scissis porro vestimentis, pronuntiavit illum
blasphemum & reum mortis, cui inclamant cœles-
tes Spiritus, Sanctus, Sanctus, Sanctus, in dñs qui est
ip̄sa sanctitas & vita. O verè pervertum iudicium,
ubi superbia & ambitio iudicabat, ubi avidia &
malevolentia testificatur, ubi vis dominabatur, &
impietas sedebat in Tribunali, cui Fuit inferna-
les circum assistebant. Vnde post hanc condemna-
tionem relictus inter manus ministrorum, tota nocte
incredibiles injurias tulit.

Rational. Evang.

Eius faciem spuris foetidissimis operuerunt.
Iſeo Matthæus dixit: Experiri in faciem eius tur-
pissima phlegmata scilicet & excrementa foetidi-
oris execrando, non unus tantum, sed plurimus.
Quid turpius? Erat hoc apud Iudæos maxima ig-
nominia, ut patet. Si Pater eius spissis in facie
suis, nonne debuisset saltem septem diebus rubore sus-
fundi?

Mat. 23.

Secundò, oculos eius velarunt, ut liberius in
eum quælibet auderent, nam & quadam vene-
rabilitate & splendore eius impediti videban-
tur.

Tertiò, palmis & colaphis eum & in facie & in
corpore toto percusserunt. Atque hic adimplevit
illud: Si quis te percusserit in unam maxillam prebe-
re & alteram.

Quartò, evulserunt ei crines capitis & barbæ,
ut propterea dicat apud Prophetam: Dedi genas
meas vellentibus.

Quintò, omni genere injuriarum, opprobrio-
rum, blasphemiarum eum oneravit: Prophetis
nobis, qui te percussit, & alia multa blasphemantes
dicebant in eum, inquit S. Lucas. Et hæc prædicta
erant per Prophetas, maxime per Isaiam. Dedit cor-
pus meum percussentibus, & genas meas vellentibus:
& non averti faciem meam ab increpantibus & con-
spuentibus in me, vel ut habent Hebræa, ab ignomi-
niis & spurco.

Isa. 50.

Olim Philistæi illuserunt Sampsoni, crines eius
abradendo, oculos excæcando, in mola trusit al-
ligando, ac postmodum in templum Dei sui Da-
gon adducendo, us ludeos ante eos, inquit Scriptu-
ra. Quis fuerit hic ludus variè explicant Interpre-
tes. Quidam enim putant Philistæos Sampsonem
æcorum more in parietis impigisse & columnas
siveque illusioni fuisse: Imò dicunt Sampsonem lu-
sum fecisse Philistæis, quia variis modis eum per-
cutiendo & dirivando, ridebant Vnde 70. Inter-
pretes habent. Colaphis cadebant, alapas ei stabant.
Typus fuit eorum quæ nunc geruntur. Ecce vetus
Sampson, Iſraelis alletor & redemptor, non ab
alienigenis, sed à populoso illuditur, velatur, ali-
gatur, colaphis & palmis cæditur, calcibus percu-
ritur, crinibus spoliarur, & longè pluribus & atro-
cioribus ignominis afficitur, quam Sampson à
Philistæis Sed sicut Sampsonis illusio in eorum ca-
put reverfa est, dum capillis eius cum fortitudine
renascentibus ab eo oppressi sunt ruina templi sui,
cujus columnas excusserat Ita in caput recidet Iu-
dæorum, illusio, velatio, percussio: Obscurabuntur
enim oculi eorum ne videant, & velamen erit su-
per cor eorum, ne Domini gloriam contemplan-
tur. Dorsum eorum incurvabitur plagis omni-
genis & continuis Erunt in derisum & illusionem &
maledictionem, dicente Domino, Dabo eos in vex-
ationem, af. itionemq; omnibus terra regnis, in oppro-
brium, & in parabolam, & in maledictionem in uni-
versis locis ad qua directi est.

Sampson
typus
Christi.
Lyranus
Serrarius
in hunc
locum.

Isa. 24.

Horrore cœtè plena sunt omnia quæ hac nocte
E f f erga

